



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinij Ordinis  
Vetustißimi Amplißimique, Nostra, ac supera ætate  
Jmmarcescibilis Vigor, ac Viror**

**Bucelin, Gabriel**

**[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.**

Iesu Christi Annus. M.D.XXXIV. Sancti Patris Benedicti. M.LIV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38498**



**WILLELMUS BRISSONETUS**  
Ecclesie Meldensis Humilis Minister.

Episcopi  
Monachi.  
quales.

**T**ales Episcopi etiam perditissimi hoc sæculo noster Ordo dedit, nec alios quotquot dedit; atque utinam ne plures daret, ambitio secularium non præpedisset, quæ non Christi, sed sua quæsit, seque ipsam juxta Christi oves perdidit, cum jam hoc tempore prece & pretio, petere & emere Episcopatus, pro nulla Simonia & Hæresi haberetur. Scripsit prolixè vitam tanti Pontificis Guido Bretonneau, quam tamen videre non meruimus. *Ex varijs rerum Gall. Script. &c.*

Philippus  
Abbas Cor-  
beia sit S.  
R. E. Car-  
dinalis.

Ad summam, post Caput ipsum, Ecclesie, & eminentissimam Cardinalium dignitatem, summo Ordinis ornamento euectus hoc anno est Philippus ex Monacho & Abbate Corbeienſi Episcopus Bononiensis, Ducis Albani Archistrategi Cæsarei frater, sacra Romanæ Ecclesie Cardinalis Presbyter Titulo S. Martini in Montibus, à Clemente VII. Pontifice Maximo egregijs vitæ meritis creatus, talem se omni tempore exhibuit, tantà ut dignus purpurâ haberetur, non tam honorem attendens, quam solemnem sanctioris Vitæ professionem, unde & castissimè non solum, sed & frugaliter vixit, DEI & Ecclesie honorem promovere satagens, multa tantà eminentiâ dignissima præstitit, & insigniter Ecclesiam Christi universam demeruit; quæ non minus, quam Antecessor, agnoscens Paulus III, Pontifex Maximus Titulos Principis meritisissimi pro dignitate augens, ipsum postea Episcopum Cardinalem Tusculanum renunciavit. *Alph. Ciacon. Panvinus Claud. Robertus &c.*

Insignia  
eius merita.

Ordinis  
Conceptionis  
fructus.

Cæli plan-  
su.

Exarsit mirificè cum Novi Ordinis Conceptionis Immaculatæ Instituto, ejusdem Conceptionis reverentia & devotio, latiusque & per Hispaniam, & per Gallias, mox & per Europam sese diffudit universam, & quidem cælo applaudente universo, quin & signis prodigijs attestante & confirmante, Deiparâ Ipsâ, ejusque filio gratissimum hoc sibi assertum, uti & Festum Immaculatæ Conceptionis, omnibus alijs Augustæ cælorum longè acceptissimum, divinitus revelantibus, tantoque magis applaudentibus cœlitibus, quanto magis fremen-

rent cum omni suo Hæreticorum cætu Inferi, & ad partes quoque suas atrahere conarentur. Suae nimium præfidentes scientiæ, an ignorantia, quibus tamen prodigijs argumentis cœlum obnixum facile in suam sententiam traxit, quos liber Vitæ inscriptos habuit, ut de tam felici Novi Ordinis Instituto, uti & olim, de tantæ assertionis, & primæ Festi institui merito sanctissimus Patriarcha noster Benedictus totaque ejus sacra posteritas merito sibi æternum gratulentur. *Ex diversis Historiæ Mariana, Hispan. & Gall. Scriptor.*

Inferioribus  
luctus &  
resistentis

Ingenis Or-  
dinis gloria

**IESU CHRISTI ANNUS. M.D. XXXIV.**  
Sancti Patris Benedicti. M. LII.

**M**emorabilis hic annus, altero solemniter novi sui condendi Instituto actu, à sanctissimo Societatis Jesu Patriarcha Ignatio, Ordini nostro redditur, quo nimirum, uti in Hispanijs suæ conversionis initia posuit ac fundamenta, & apud Montierenses nostros quasi Novitium egit, ita in Gallijs, in sanctissimo illo prope Parisios Montis Martyrum Canobio, solemnem cum suis professionem emisit. Ribadeneiram audiamus, de Ignatio & Socijs hæc ipsa dicentem: *Anno 1534. die Assumptioni Beate MARIÆ Virginis sacro, ad eadem Beate MARIÆ, quæ Mons Martyrum vulgo dicitur, & ab Urbe Lutetia non procul abest, una omnes conveniunt. Ibi, ritè confessione factâ, atque sacrâ Synaxi perceptâ, voto se obstrinxerunt rebus omnibus (excepto Viatico) ad conductam diem renunciandi, procurandæ proximorum salutis, Hierosolymam navigandi; idque præstituto tempore, atque eâ conditione, ut si intra præscriptum anni tempus, eo navigare, aut in sacris locis postea vivere non liceret, Romanam reverterentur: Romano Summoque Pontifici sese ad pedes abicerent, ut ad suum arbitrium, ipsis in salutem animarum ueretur.* Talis tunc quidem erat Ignatij & Sociorum prima Religiosis professio, quam altero & tertio post anno eadem ipsâ die, caremonia & loco confirmavit, ut de hoc ipso & Mons ille Martyrum, Canobium usque hodie Ordinis nostri illustrissimum, & Ordo noster æternum sibi gratuletur, & hic, atque laudatissima illa Societas, tam sanctâ obligati ne-

S. Ignatius  
de Loyola in  
nostro  
Mont.  
Martyrum  
vota emit-  
tit Relig.



cessitudine sese mutuo & arcè complectantur.

*S. Petrus  
Faventis  
Monti Co-  
ronae Asceta.*

Ipsò anno, felicissima morte vitam hanc ærumnis plenissimam abrupit, Beatus Petrus Faventis Montis Coronæ Monachus, exemplo vitæ sanctissimæ sæculo huic, uti & potenti admodum apud Numen patrocinio utilissimus. Fuit is miro vitæ rigore sui corporis hostis juratus, in rerum coelestium contemplatione assiduus, in charitate perfectus, omni virtutum genere cultissimus, sydus revera lucidissimum obscurissimi temporis & ætatis. Huic morti proximo, cum fan- di facultas, violentiæ morbi ablata esset, paulo ante supremum vitæ anhelitum, restituta fuit, cum illam inter silentij diuturni moram, gravissimo conflictu, quod multis sanctissimorum virorum contigit, cum Dæmonibus depugnasset. Solutâ proin linguâ hilaris in ea quamprimum plena plausus suprema sibi verba prorupit: *Ego vici, ego vici, ego vici. Te DEUM laudamus, Te Dominum confitemur.* Mox Fratribus Cantici ejusdem cætera prosequentibus, cum sine Cantici Petrus finem vivendi fecit, felicemque animum & gratulandum ad Creatorem transmissit. *Lucas Rubensis, Hist. Mont. Coronæ &c.*

*Henrico  
VIII. Angl.  
Regi con-  
tradictus*

In Angliā admiranda nostrorum celo se probat Constantia, dum similimo Luciferi lapsu, pari superbia & stultitia Henricus VIII. Britannia Rex, in omne jam genus scelerum Præcep- sum sibi Jus in Ecclesias arrogat, secumque ipse, tanquam summus Pontifex, in alterâ legitimæ superindu- cenda conjugæ dispensat, omniâque jura Ecclesiastica violat, nostris palam ejus improbitatem damnantibus, in quos ipse horrendum debacchatur, in- fandis deinceps Sacrilegijs, impudici- tijs, parricidijs, manus totâque vi- tam contaminans, ac nomen Regium turpissimè polluens, nostris omnes sibi illatas injurias, excussiones, rapi- nas, exilium, mortem ipsam patienti- tissimè tolerantibus, cæloque ipsi sese probantibus & commendantibus. *Ex verum Anglic. Scriptoribus, Sanderò. May- hōw &c.*

In superiore æque atque inferiori Germania, quanto alijs & alijs locis, Hæresis & cum hac, ipso Luthe-

ro teste omnia scelera invalescunt, tanto magis defudant præstantissimi diverforum Monasteriorum Abbates, in evertendis impijs dogmatibus, & in sacra passim Reformatione prolata- anda. Certe Joannes Turbeyt Scheu- rensis Cænobij in Bavaria Abbas, Alberto Bavaria Duci, ob egregias Vir- tutes intimè charus, Principis usus benevolentia & gratiâ, Reformationem passim in plurima omnino Cænobia introduxit, & immortaliter de Ordine meruit, litterarum non minus studia, quam pietatem promovens, quibus Religiosos, ad ridendos & exlus- fandos Hæreticorum assulus obar- maret, & Catholicum populum in fi- de confirmaret. *Ex monim. Scheuren- sibus.*

IESU CHRISTI ANNUS. M.D.XXXV.  
Sancti Paris Benedicti. M. LV.

Venerandi primi Societatis Jesu Patres denuo apud nostros in Monte Martyrum prope Parisios solemnem Votorum professionem congeminant, iterum die Assumptæ Magnæ Matri Virgini sacrâ & solemnem, eadem prorsus præparatione, caremoniâ & devotione. *Ita Petrus Ribade- neira.*

*Joannes  
Abbas in  
Schiim.*

*Conge-  
nant pro-  
fessionem  
Patres So-  
ciet.*

In inferiori Germania splendidis- simum sane illucescit sydus, percellit- que omnium oculos & animos, ipsi- usmet etiam Augustissimi Cæsaris & Hispaniarum Regis Caroli V. & fra- tris ejusdem Ferdinandi Regis Vene- rabilis Vir Ludovicus Blofius Abbas Lætiensis, qui sub hoc ipsum tempus insignem meditabatur & Divino sanè dictante Spiritu fundabat Reforma- tionem. Is Gerardo de Blois Domi- no de Jumigny, & Catharina Domi- na de Donsteene familia Barbenfonia pijs Parentibus natus, Gerardi de Fres- long & Margaritæ de Cuveliers nepos, inter Ephebos Caroli V. Imperatoris adolevit, ipsi charissimus, ut qui egre- gia semper ediderit specimina magni ingenij & admirandæ in juvene vir- tutis. Litterarum studijs à puero dedi- tissimus fuit, sed pietati ante omnia, ut in Aula etiamnum degens sanctitatis speciem præferret, à qua absolutus, cura magnos à Cæsare favores & honores sibi certissimos polliceri posset, nullos omnino quam Regis Regum

*Ven. Ludo-  
vici Blofi-  
us Abb. Læ-  
tensis.*

*Ejus nata-  
les.*

IESU